

STATUTI DI DALMAZIA

(Continuazione - v. Fasc. precedente)

Più numerosi casi di uguaglianza o di somiglianza fra i capitoli di uno stesso Statuto li riscontriamo in quello di Zara. Ad es. con riguardo alla pena del quarto a favore del creditore, troviamo i seguenti tre capitoli:

L. II, cap. 97

Quod non possit adici in instrumento cuiuscunque rei aut quantitatis maior pena quam sit quarta pars illius rei vel debiti in carta comprehensi.

Iniquam quorundam creditorum extorsionem equo libramine tolerare cupientes. Volumus et auctoritate huius statuti iniungimus et mandamus quod aliquis creditor non possit adicere seu apponere in instrumento cuiuscunque rei aut quantitatis magne vel parve maiorem penam quam sit quarta pars illius rei vel debiti, que vel quod in instrumento comprehenditur, quam quartam partem nomine pene *positam* in instrumento possit creditor petere cum legitimis expensis, quod si de maiori pena creditor pactum fecerit, volumus quod nihil petere possit. Tabellio autem non possit nec debeat maiorem penam, quam sit quarta pars debiti, adicere instrumento sub virtute prestiti sacramenti.

L. III, cap. 2

Si aliqua persona mutaverit vel accomodaverit rem aliquam vel pecuniam alicui.

Precipimus volumus et mandamus quod textus cartule in omnibus et per omnia plenarie observetur dum tamen in ipsa cartula non sit apposita maior pena quam sit quarta pars debiti principalis. Nam si in ipsa carta esset apposita pena maior, nolumus, quod in pena maiori textus cartule habeat aliquam firmitatem sed in illo pluri textus cartule ipso iure reprobetur omnino.

L. III, cap. 6

Quod in aliquo instrumento mutui seu accomodati non possit adici maior pena quam quarta pars mutui seu accomodati persistat.

Iniquam quorundam creditorum extorsionem equo libramine tolerare cupientes. Volumus et auctoritate huius statuti iniungimus et mandamus quod aliquis creditor non possit adicere seu apponere in instrumento cuiuscunque rei aut quantitatis magne vel parve maiorem penam quam sit quarta pars illius rei vel debiti, que vel quod in instrumento comprehenditur, quam quartam partem nomine pene *posite* in instrumento possit creditor petere cum legitimis expensis, quod si de maiori pena creditor pactum fecerit, volumus quod nihil petere possit.

Mentre il cap. 97 del L. II tanto nel titolo che nel testo ha un carattere generale ed era quindi applicabile a tutti i casi per cui uno poteva divenire creditore, quelli 2 e 6 del L. III hanno nel titolo un carattere particolare riguardando più specialmente i contratti di mutuo e di comodato; tuttavia il testo del cap. 6 è identico a quello del cap. 97 del L. II salvo la parola « *posite* » invece di « *positam* » e salvo la mancanza dell'ultimo punto che si